

pducas in concilium. quasi aliqd  
certius inquisituri sint de illo:  
tu uero ne credideris illis. Insi-  
diant enim ex eis uiri amplius quam  
quadraginta: qui se deuouerunt  
non manducare neque bibere donec  
interficiant eum. Et nunc parati  
sunt expectantes promissum tuum.

**Lxxv.** **T**ribunus igitur dimisit  
adolescentem precipiens ne cui lo-  
queretur. quoniam haec nota sibi fecisset:  
et conuocatis duobus centurionibus  
dixit illis. Parate milites ducen-  
tos ut eant usque caesariam. et equi-  
tes septuaginta. et lancearios  
ducentos a tertia hora noctis. et  
iumenta preparate. ut imponen-  
tes paulum eum saluum pducerent  
ad felicem presidem. scribens ei epi-  
stolam continentem haec. Claudius  
lissias: optimo presidi felici salu-  
tem. Virum hunc comprehensum  
a iudeis et inopientem interfici  
ab eis. superueniens cum exercitu  
eripui. cognito quia romanus  
est: uolensque scire causam quam ob-  
iciebant illi. deduxi eum in conci-  
lium eorum. Quem inueni accusari  
de questionibus legis ipsorum: ni-  
hil uero dignum morte aut um-  
culis habentem crimen. Et cum  
michi placuit esset de insidijs  
quas parauerant ei. misi ad te:  
denuncians et accusatoribus.  
ut dicant apud te.

**Lxxvi.** **M**ilites ergo secundum preceptum  
sibi assumentes paulum duxerunt  
per noctem in antipatridem: et poste-

ra die dimissis equitibus; ut uent-  
cum eo. reuersi sunt ad castra. Qui  
cum uenissent caesariam et tradidis-  
sent epistolam presidi: statuerunt  
ante illum et paulum. Cum legisset  
autem et interrogasset de qua p-  
uincia esset. et cognouisset quod  
de alicia: audiuit te inquit cum acu-  
satores tui uenerunt. iussitque in  
pretorio herodis custodiri eum.

**Lxxvii.** **P**ost quinque autem dies descen-  
dit princeps sacerdotum ananias  
cum senioribus; quibusdam et tertul-  
lo quodam oratore: qui adierunt  
presidem aduersus paulum. Et ci-  
tato paulo: cepit accusare ter-  
tullus dicens. Cum in multa  
pace agamus pro te. et multa cor-  
rigantur pro tua prudentiam:  
semper et ubique suscepimus optime  
felix. cum omni gratiarum actio-  
ne. Ne diutius autem te pertraham:  
oro breuiter audias nos pro tua  
clementia. Inuenimus hunc homi-  
nem pestiferum et concitantem sedi-  
tiones omnibus iudeis in uniuersa  
saeculo orbe. et auctorem seditionis  
sectae nazarenorum qui etiam templum  
uiolare conatus est: quem et ap-  
prehensum uolumus secundum legem  
nostram iudicare. Superueniens  
autem tribunus lissias cum ui ma-  
gna eripuit eum de manibus nostris:  
iubens accusatores eius ad te ue-  
nire. a quo poteris ipse iudicari  
de omnibus istis cognoscere de quibus  
nos accusamus eum. Adiecerunt  
autem et iudei: dicentes. haec ita



se habere. Respondit autē paulus:  
 annuente sibi preside dicere.  
**F**elix  
**E**x multis annis eē te iudicem  
 genti huic sciens: bono animo  
 p me satisfaciā. Potes em cognos-  
 cere qā non plus sē dies michi qm  
 duodecim ex quo ascendi ad ora  
 re in ierlm: et neq; in templo in-  
 uenerunt me cum aliquo dispu-  
 tantē aut concursū facientem  
 aut cōcurfū tēbe. neq; in magogū. neq; in ciui-  
 tate. neq; pbare possit t de qb̄ n̄c accidat  
 me. Confiteor autē hoc tibi qd se-  
 cundū sectā quā dicunt here-  
 sim sic deseruo patri deo meo:  
 credens om̄ib; que in lege et pro-  
 phetis sc̄pta sunt. spem habens  
 in dñm quā et ipsi h̄j expectant.  
 resurrectionē mortuorū futu-  
 ram iustorū et iniquorū. In  
 hoc et ipse studeo: sine offen-  
 diculo conscientiā habere ad  
 dñm et ad homines semp. Post  
 annos autē plures elemosinas  
 facturū ingentē meā ueni.  
 et oblationes et uota: in quib;  
 inuenerunt me purificatū  
 in tēplo. n̄ cum turba neq; cū  
 tu multu. quidā ex asia iu-  
 dei: quos oportebat apud te  
 preſto esse. et accusare si quid  
 inuenerit uel haberent aduer-  
 sum me. Aut h̄j ipsi dicant  
 si quid inuenerit in me in qui-  
 tatis. cum essem in concilio:  
 nisi de uia ac solūmodo uoce  
 qua clamaui inter eos stans.  
 qm̄ de resurrectione mortuorū

ego iudicor hodie a uobis:

**D**istulit autē illos felix certissi-  
 me sciens de hac uia: dicens. Cū  
 tribunus tribus descendit: au-  
 diā uos. Iussitq; centurioni cu-  
 stodire eū et habere requiē: nec  
 quēquā pbibere de suis mun-  
 strare ei. Post aliquot autē di-  
 es: ueniens felix cū drusilla ux-  
 ore sua que erat iudea. uoca-  
 uit paulū et audiuit ab eo fi-  
 dē qui ē in xp̄o ihu. Disputante  
 autē illo de iusticia et castita-  
 te et de iudicio futuro: tremefa-  
 ctus felix respondit. qd nunc  
 attinet uade. tempore autē o-  
 portuno accersia te: simul et  
 spans quia pecunia daret a pau-  
 lo. Propter qd et frequenter ac-  
 cersiens eum: loquebat̄ cum eo.  
 Biennio autē expleto: accepit  
 successorē felix portū festū. Vo-  
 lens autē grām prestare iudeis  
 felix: reliquit paulū uinctū.  
**F**estus ergo cū uenisset in pun-  
 ciam post tridū. ascendit iero-  
 solimam a cesaria: adieruntq;  
 eum p̄ncipes sacerdotū et primi  
 iudeorū aduersus paulū. et ro-  
 gabant eum postulantes grām  
 aduersus eum. ut iuberet pdu-  
 ci eum ierlm. insidias tendentes  
 ut eum interficerent in uia. Fe-  
 stus autē respondit seruari pau-  
 lum in cesaria: se autē maturū  
 p̄fecturū. Qui ergo in uobis au-  
 potentes sē: descendentes simul  
 si qd est in uiro crimen accusēt

Felix

Cxxv.



eum. Demoratus autē inter eos di-  
 es non amplius quā octo aut de-  
 cem. descendit cesariam: et alte-  
 ra die sedit p̄ tribunali. et iussit  
 paulum adduci. Qui cum pdu-  
 ctus eēt. circumsteterunt eum  
 qui ab ierosolima descenderāt  
 iudei: multas et graues causas  
 obicientes quas non poterant  
 pbare. paulo rationē reddente.  
 qm̄ neq; in legē iudeorū. neq; in  
 templū. neq; in cesarē quicquā  
 peccau. Festus autē uolens iude  
 is grām prestare: respondens pau-  
 lo dixit. Vis ierosolimā ascende-  
 re. et ibi de his iudicari ap̄ me?  
 Dixit autē paulus. Ad tribunal  
 cesaris sto: ubi oportet me iu-  
 dicari. Iudeis non nocui: sicut  
 tu meus nosti. Si enī nocui.  
 aut dignū morte aliqd̄ feci: n̄  
 recuso mori. Si uero nichil est  
 eorū que hī accusant me: ne-  
 mo potest me illis donare. Ce-  
 sarem apello. Tūc festus cum  
 consilio locutus respondit. Ce-  
 sarem appellasti: ad cesarē ibis.  
 Et cum dies aliquot t̄nsacti  
 essent: agrippa rex et bernice  
 descenderūt cesariā ad salutan-  
 dum festū. Et cum dies plures  
 ibidē morarent: festus regi in-  
 dicauit de paulo dicens. Vir q̄-  
 dam ē derelictus a felice iunctus:  
 de quo cū essem ierosolimis adi-  
 erunt me p̄ncipes sacerdotū  
 et seniores iudeorū. postulan-  
 tes aduersus illum dampnari

onem. Ad quos respondi q̄a n̄ est  
 consuetudo romanis donare ali-  
 quē hominē. p̄usquā hic qui ac-  
 cusatur presentes habeat accusa-  
 tores: locumq; defendendi acci-  
 piat ad abluenda crimina. Cū  
 ergo huc conuenissent: sine ul-  
 la dilatione sequenti die sedens  
 p̄ tribunali iussi adduci uirum.  
 De quo cum stetit accusato-  
 res: nullā causā deferebant de  
 quib; ego suspicabar malū: q̄sti-  
 ones uero quasdam de sua supsti-  
 tione habebant aduersus eum.  
 de quodā ihu defuncto quē af-  
 firmabat paulus uiuere. hesi-  
 tans autē ego de huiusmodi que-  
 stione: dicebam si uellet ire ie-  
 rosolimā. et ibi iudicari de istis.  
 Paulo autē appellante ut serua-  
 retur augusti cognitione: ius-  
 si seruari eum donec mittā eum  
 ad cesarem. Agrippa autē dixit  
 ad festū. Volebam et ipse homi-  
 nē audire. Cras inquit audiet  
 eum. Altera autē die cū uenis-  
 sent agrippa et bernice cum  
 multa ambitione. et introisset  
 in auditoriū cū tribunis et mi-  
 ris principib; ciuitatis: iube-  
 te festo adductus est paulus. et  
 dixit festus. Agrippa rex et om̄s  
 qui simul ad estis nobiscū uiri:  
 iudeis hunc de quo om̄s mul-  
 tudo iudeorū interpallauit  
 me ierosolimis petens. et hic cla-  
 mantēs n̄ oportere eum uiuere  
 ampli. Ego uero compi: nichil



dignum eum morte admisisse.  
 Ipso autē hoc appellante: ad au-  
 gustū iudicari mittere. De q̄  
 quid certū scribam dño meo: n̄  
 habeo. Propter qđ p̄duxi eū ad  
 uos. et maxime ad te rex agrip-  
 pa: ut interrogatione facta ha-  
 beam quid sc̄bam. Sine ratione  
 em̄ michi uidet̄ mittere iunctū:  
 et causā eius n̄ significare. Agri-  
 pa uero ad paulum ait. Permit-  
 tatur tibi loqui p̄temetipso. xxvii.

Ixx. **T**unc paulus extenta manu:  
 cepit rationē reddere. De  
 om̄ib; quib; accusor a iudeis rex  
 agrippa. estimo me beatū apđ  
 te cum sim defensor us me ho-  
 die: maxime te sciente omnia  
 que apđ iudeos consuetudines  
 et questiones. Propter qđ obse-  
 cro: patienter me audias. Et  
 quidē uitā meā a iuuentute  
 que ab initio fuit in gente mea  
 in ierosolimis nouerunt om̄s  
 iudei. prescientēs me ab initio  
 si uelint testimoniū phibere.  
 qm̄ scđm̄ certissimā sectā nr̄e re-  
 gionis uixi phariseus: et nūc  
 in spe que ad patres nr̄os rep-  
 missionis facta est a deo sto in  
 iudicio subiectus. in qua duode-  
 cim tribus nr̄e nocte ac die  
 seruientes sp̄ant deuenire. De  
 qua spe accusor a iudeis rex.  
 Quid in credibile iudicat̄ apđ  
 uos. si d̄s mortuos suscitāt: Et  
 ego qđem existimauerā me ad-  
 uer sus nomen ihu nazareni

debere multa contraria agere.  
 qđ et feci ierosolimis: et multos  
 scōrum ego in carcerē inclusi a  
 p̄ncipib; sacerdotū potestate ac-  
 cepta. Et cū occiderent̄ deculi  
 sententiā: et p̄ om̄s sinagogas  
 frequenter puniens eos compel-  
 lebam blasphemare. et ampli⁹  
 insaniens in eos p̄sequebar usq;  
 in exteras ciuitates. In quib; dū  
 n̄tem damascū cū potestate et  
 p̄missu p̄ncipū sacerdotū: die  
 media in uia uidi rex de celo  
 supra splendore solis circumful-  
 sisse me lumen. et eos qui mecū  
 simul erant. Om̄sq; nos cū deci-  
 dissemus in terrā: audiui uocē  
 loquentē michi. hebraica lingua.  
 Saule saule. quid me p̄sequeris?  
 Durū est tibi contra stimulū  
 calcitrare. Ego autē dixi. Quis  
 es dñe? Dñs autē dixit. Ego  
 sum ih̄s nazareni que tu p̄se-  
 queris. Sed exurge et sta supra  
 pedes tuos. Ad hoc em̄ apparui  
 tibi ut constituā te ministrū  
 et testē eorū quib; apparebo t̄:  
 eripiens te de populis et gentib;  
 in quas nunc ego mitto te aperi-  
 re oculos eorū. ut conuertan-  
 tur a tenebris ad lucē. et de  
 potestate satanę ad dñm. ut ac-  
 cipiant remissionē peccatorū  
 et sortē inter scōs p̄ fidē que  
 est in me. Vnde rex agrippa  
 n̄ fui incredulus celesti uisio-  
 ni: sed his qui sunt damasci  
 p̄mū et ierosolimis et in omnē



regionē iudee. et gentib; annun-  
ciabam. ut penitentiā agerent  
et conuerterent ad dñm. digna pe-  
nitentię opa facientes. Hac ex cau-  
sa me iudei cum essem in tēplo  
comprehensū tēptabat interfi-  
cere. auxilio autē adiutus dei  
usq; in hodiernū diem sto testi-  
ficans minori atq; maiori. nich  
extra dicens quā ea que pphē sūt  
locuti futura eē. et moyses. Si  
passibilis xp̄c. si primus ex resur-  
rectione mortuorū: lumen an-  
nuntiaturus est poplo et gētib;.  
**Lxxi** **H**ec loquente eo et rationē  
reddente: festus magna uoce di-  
xit. Insanis paule. Multę te lit-  
tere ad insaniā conuertunt. Et  
paulus. n̄ insano inquit opti-  
me feste: sed ueritatis et sobri-  
etatis uerba loquor. Latere  
eñ eum nichil horū arbitror.  
Neq; eñ in angulo quicquā ho-  
rum gestum est. Credis rex agp-  
pa pph̄is: scio q̄a credis. Agrippa  
autē ad paulū. In modico sua-  
des me xp̄ianum fieri. Et pau-  
lus. Opto ap̄s dñm et in modico  
et in magno. n̄ tantū te sed et  
om̄s hos qui audiunt hodie  
fieri tales qualis ego sū: excep-  
tis uinculis his. Et exurrexit  
rex et preses et bernice: et qui  
assidebant eis. Qui cū secessis-  
sent: loquebant̄ adinuicem  
dicentes. q̄a nichil morte aut  
uinculis dignū quid fecit ho-  
mo iste. Agrippa autē festo di-

xii. Dimitti poterat homo hic:  
si n̄ appellasset cesarē. Ut autē  
iudicatū est eū nauigare italia-  
liam. et tradi paulū cū reliq̄s  
custodij centurioni nomine  
iulio cohortis auguste.

**Lxxii** **A**scendentes nauē hadrumeti-  
nam incipientē nauigare cir-  
ca asie loca sustulimus. pseue-  
rante nobiscū aristarcho mace-  
done thessalonicense. Sequen-  
ti autē die deuenimus sydonē.  
Humane autē tractans iulius.  
paulū p̄misit ad amicos ire:  
et curam sui agere. Et inde cū  
sustulissemus sub nauigaum̄  
cyprū: p̄pterea qđ essent uenti  
contrarij. Cum p̄ nauigassem̄  
mare qđ scđm ciliciā et pamphi-  
liam est: p̄ dies quindecim na-  
uigantes uenimus listriā. que  
est licie. Et ibi inueniens cen-  
turio nauem alexandrinam  
nauigantē in italia: trans-  
posuit nos in eam. Et cum mul-  
tis dieb; tarde nauigarem̄. et  
uix deuenissem̄ contra eudū  
phibente nos uento: ad nauiga-  
uimus cretā iuxta salmonem.  
Et uix iuxta nauigantes. ue-  
nimus in locū quendā qui uo-  
catur bonus portus: cui iuxta  
erat ciuitas thalassa. Multo  
autē tempore pacto. cū iam n̄  
esset tuta nauigatio eo qđ ieu-  
num iam preterisset: conso-  
labatur paulus dicens eis. Vi-  
ri uideo qm̄ cū iniuria et mul-

Lxxii.



to dampno non solum oneris  
et nauis: sed etiã animarum  
nãrarum incipit esse nauigatio.  
Centurio autẽ gubernatori et  
nauclero magis credebat. quã  
his que a paulo dicebant. Et cũ  
aptus portus ñ esset ad hieman-  
dum: plurimi statuerẽ consili-  
um nauigare inde. si quo mo-  
do possent deuenientes p̄henicẽ  
hiemare ap̄d portũ crete. respi-  
cientẽ ad africanum et ad chorũ.

Aspirante autẽ austro estiman-  
tes p̄positũ se tenere: cũ sustulis-  
sent de asson. legebant cretã. Nõ  
post multũ autem misit se contra  
ipsam uentus typhonicus: quò  
catur euro aquilo. Cumq; ar-  
repta esset nauis. et ñ posset co-  
renari inuentũ: data nauis fla-  
tib; ferebam. Insulam autẽ quã-  
dam decurrentes que uocatur  
cauda: potuim̄ uix optinere  
scapham. Qua sublata: adiu-  
rijs utebant. accingentes nauẽ.  
timentes ne in firum inciderẽt.  
Submisso uase sic ferebantur.

Valide autẽ nob̄ tempestate  
iactatis: sequenti die iactũ fece-  
runt. et tertia die suis manib;  
armamenta nauis piecerunt.

Neg; sole autẽ neg; siderib; ap-  
parentib; p̄ plures dies. et tem-  
pestate ñ exigua imminente.  
iam ablata erat spes om̄is salu-  
tis n̄re. Et cum multa ieuina-  
tio fuisset: tunc stans paulus  
in medio eorũ dixit. Oportebat

quidem ouiri audito me ñ nau-  
gare a creta lucrig; facere iniuriã  
hanc et iacturam. Et nunc sua  
deo uob̄ bono animo esse. Amis-  
so em̄ nullius anime erit ex uob̄:  
preter qm̄ nauis. Astat em̄ mi-  
chi hac nocte angl's dei cui sũ  
ego et cui deseruio: dicens. Ne  
timeas paule. cesari te oportet as-  
sistere: et ecce donauit tibi deus  
om̄s qui nauigant tecũ. Propter  
qđ bono animo estote uiri. Cre-  
do em̄ deo meo qđ sic erit quead-  
modũ dictũ est michi. In insulã  
autẽ quandã oportet nos deue-  
nire.

**S**ed postea quã quarta decima  
nox supuenit nauigantib; nob̄  
in hadria: circa mediã noctẽ sus-  
picabant nauẽ apparere sibi ali-  
quã regionẽ. Qui et submitten-  
tes pulidẽ inuenerunt passus  
uiginti: et pusillum inde sepa-  
rati inuenerunt passus quin-  
decim. Timentes autẽ ne in as-  
pera loca incideremus: de pup-  
pi mittentes anchoras quatuor.  
optabant diem fieri. Nauis ue-  
ro querentib; fugere de nauis.  
cũ misissent scaphã in mare  
sub obtentu quasi inciperent  
ãpra anchoras extendere: di-  
xit paulus centurioni et mili-  
tib;: Nisi hi in nauis manserint:  
uos salui fieri ñ potestis. Tunc  
absiderunt milites funes sca-  
phe: et passi sunt eam excide-  
re. Et cum lux inciperet fieri:



rogabat paulus omnes sumere  
 cibum dicens. Quartadecima  
 die expectantes ieiuni pmanere  
 eis: nichil accipientes. Propter  
 quod rogo uos accipe cibum p salu  
 te uia: quia nullius uisum capillis  
 de capite pibit. Et cum hec di  
 xisset: sumens panem gratias egit  
 deo in conspectu omnium. Et  
 cum fregisset: cepit mandu  
 care. Aminequiores autem fa  
 cti omnes. et ipsi assuplerunt  
 cibum. etiam uero uniuerse  
 anime in nauu ducente septua  
 ginta sex: et satiati cibo alleui  
 abant nauem. iactantes triticum  
 in mare. Cum autem dies factus esset.  
 terram non agnoscebant: sinum ue  
 ro quendam considerabant ha  
 bentem litus. in quem cogitabant  
 si possent eicere nauem. Et cum  
 anchoras sustulissent. commit  
 tebant se mari: simul laxantes  
 iuncturas gubernaculorum. Et le  
 uato artemone secundum aures flatum.  
 intendebant ad litus. Et cum in  
 cidissemus in locum bithalassum  
 impegerunt nauem: et protra qui  
 dem fixa manebat immobilis.  
 puppis uero soluebat aui ma  
 ris. Militum autem consilium fuit  
 ut custodias occiderent: ne quis  
 cum enatasset effugeret. Cen  
 turio autem uolens seruare pau  
 lum. prohibuit fieri: iussitque eos  
 qui possent natate mittere se  
 in mare. primos euadere et ad  
 terram exire. et alios in tabulis

saluos fieri que nauu essent. Et sic  
 factum est: ut omnes anime euade  
 rent ad terram. Et cum euasissemus:  
 tunc cognouimus quia mitilene  
 insula uocabatur. Barbari uero  
 prestabant non modicam humani  
 tatem nobis. Accensa enim pyra: re  
 ficiebant nos omnes propter ymbrem  
 qui imminabat et frigus. Cum  
 congregasset autem paulus sar  
 mentorum aliquantam multitudi  
 nem et imposuissent super ignem:  
 uipa a calore cum percussisset in  
 uasit manum eius. Ut uero uide  
 runt barbari pendente bestiam  
 de manu eius: adinuicem dicebant.  
 Utique homicida est homo hic:  
 qui cum euaserit de mari: ultio  
 eum non sinit uiuere. Et ille quidem  
 excutens bestiam in ignem: nichil  
 mali passus est. At illi existima  
 bant eum in tumore conuertendum:  
 et subito casurum et mori. Diu  
 autem illis spectantibus et uidentibus:  
 nichil mali fieri in eo: conuer  
 tes se dicebant eum esse deum. In lo  
 cis autem illis erant predia princi  
 pis insule nomine publici: qui  
 nos suscipiens triduo benigne  
 exhibuit. Contigit autem patrem  
 publici febris: et disenteria ue  
 xatum iacere. Ad quem paulus in  
 uentus: et cum orasset et cum imposu  
 isset manum eius. saluauit eum. Quo  
 facto: omnes qui in insula habe  
 bant infirmitates: accedebant  
 et curabantur. Qui etiam multis  
 honoribus nos honorauerunt



et nauigantibus imposuerunt  
que necessaria erant.

**LXXIII** **P**ost menses autē tres nauiga-  
uimus in mari alexandrina. q̄  
in insula hiemauerat: cui merat  
in signe castorū. Et cū uenissē  
siracusam: mansim⁹ ibi triduo.  
Inde circumlegentes deuenim⁹  
regiū. Et post unum diē flante  
austro sc̄da die uenimus puteo-  
los: ubi inuentis fr̄ib; rogati su-  
mus manere ap̄d eos dies septē.  
Et sic uenimus romam. Et inde  
cū audissent fr̄s: occurrerunt  
nobis usq; ad ap̄ijforū et tres ta-  
bernas. Quos cum uidisset pau-  
lus gr̄as agens deo: accepit fiduci-  
am. Cum uenissēmus autē romā:  
p̄missū est paulo manere sibi  
met cū custodiēte se milite.  
Post tertium autē diē conuoca-  
uit p̄mos iudeorū. Cumq; uenis-  
sent: dicebat eis. Ego uiri fr̄s ni-  
hil aduersus plebem faciens  
aut morē pater nū: unctus ab  
ierosolimis traditus sū in manū  
romanorū. Qui cū interroga-  
tionē de me habuissent: uolu-  
erunt me dimittere eo q̄d nul-  
la causa eēt mortis in me. Con-  
tradicientib; autē iudeis coactus  
sum appellare cesarē: n̄ quasi  
gentē meā habens aliq̄d accu-  
sare. Propter hanc igitur causā:  
rogau iuos uidere et alloq̄. Prop-  
ter spem enī isrl̄: catena hac cir-  
cundatus sum. At illi dixerūt  
ad eum. Nos neq; litteras acce-

pimus de te a iudea: neq; adueni-  
ens aliq̄d fr̄m nunciauit aut lo-  
cutus est quid de te malū. Roga-  
mus autē ate audire que sentis.  
Nam de secta hac notū est nobis:  
q̄a ubiq; contradicit. Cum consti-  
tuissent autē illi diem. uenerūt ad  
eum in hospitū plures: quib; ex-  
ponebat testificans regnū dei. sua-  
densq; eis de ihu ex lege moysi et  
p̄phis a mane usq; ad uespam. Et  
quidā credebant his que dicebā-  
tur: quidam uero n̄ credebant.  
Cumq; inuicem n̄ essent consen-  
tientes discedebant: dicente pau-  
lo unū uerbū. q̄a bene sp̄s sc̄s lo-  
cutus est p̄ ysaiam p̄pham ad pa-  
tres nr̄os dicens. Vade ad poplū  
istum et dic. Aure audietis et n̄  
intelligetis: et uidentes uidebi-  
tis et non p̄spicietis. Incrassatū  
est enī cor poplū hui⁹. et auribus  
grauius audierunt. et oculos  
suos compresserunt ne forte ui-  
deant oclis. et aurib; audiant.  
et corde intelligant: et conuer-  
tant et sanē illos. Notū ergo sit  
uobis. qm̄ gentib; missum est hoc  
salutare dei: ipsi et audient. Mā  
sit autē biennio toto in suo con-  
ducto: et suscipiebat om̄s qui  
ingrediebantur ad eū. predicās  
regnum dei. et docens que sūt  
de dño ihu xp̄o cum om̄i fidu-  
cia sine phibitione.

Explicit liber actuum ap̄lorū.

vers. iiii. dc. *Incipit prologus septē  
epistolarum canonisarū.*



**N**on ita ordo est apud grecos qui integre sapiunt et fidem rectam sectantur. epistoliarum septem que canonice nuncupantur. sicut in latinis codicibus inuenitur: ut quia petrus primus est in numero apostolorum. prime sunt etiam eius epistolae in ordine ceterarum. Sed sicut euangelistas dudum ad ueritatis lineam correximus: ita has ipso ordini deo nos iuuante reddidimus. Est enim prima earum una iacobi. petri due. iohannis tres. et iude una. Que si ut ab eis digeste sunt. ita quoque ab interpretibus fideliter in latinum eloquium uertentur. nec ambiguitate legentibus facerent. nec sermonum sese uarietas impugnaret: illo precipue loco ubi de unitate trinitatis in prima iohannis epistola positum legimus. in qua etiam ab infidelibus; translatoribus; multum erratum esse a fidei ueritate compimus. trium tantummodo uocabula. hoc est aque sanguinis. et spiritus. in ipsa sua editione ponentibus; et patris uerbis; ac spiritus testimonium omittentibus; In quo maxime et fides catholica roboratur: et patris et filii et spiritus sancti. una diuinitatis substantia comprobatur. In ceteris uero epistolis quantum a nostra aliorum distet editio. lectori prudentiae derelinquo. Sed tu uirgo christi eustochium dum a me impensius scripturae ueritatem inquiris. meam quodam modo sene-

ctute inuidorum dentibus; corrodam exponis: qui me falsarium corruptoremque; scorum pronunciant scripturarum. Sed ego in tali ope nec emulorum meorum inuidentiam pertimesco: nec sancte scripturae ueritatem poscentibus; denegabo. **EXPLICIT PROLOGVS.**

<b>D</b> e inimicorum insecutionibus et in deperitibus.	I
<b>D</b> e temptationibus; aduersarij quos dei forte plurimi arbitrantur.	II
<b>D</b> e homine uero quod sit opus diuini documentum.	III
<b>D</b> e sermone diuino quod sit opus iudicio predicandum.	IIII
<b>D</b> e cultura religionis et ministeriorum pietatis.	V
<b>D</b> e diuicijs celestibus; et terrenis que anima egestate consumunt.	VI
<b>D</b> e lege libertatis quam impleri omnifariam exhortatur. et seueritate iusti iudicis.	VII
<b>D</b> e fide que non potest opere remoto firmari et elemosinis. <i>¶</i> fides sine opere corpus exanime.	VIII
<b>D</b> e nudis sermonibus; quod sit confessio inimici. et	IX
<b>D</b> e magistris qui cum tota perfectione esse non possunt.	X
<b>D</b> e lingua uix edomabili malo.	XI
<b>D</b> e sapientia celesti et terrena.	XII
<b>D</b> e his qui uerba loquuntur quod culpa; queat detractionis incurrere. <i>¶</i> uoces	XIII
<b>D</b> e amicis dei quod mundi nequeant fore amicos.	XIIII
<b>D</b> e incerto uite et plerisque disputationibus.	XV
<b>D</b> e supplicijs sancti diuini iniustorum.	XVI
<b>D</b> e aduersorum tolerantie retributione.	XVII
<b>D</b> e passionibus; martirum et ipsi domini et quod insecutoribus; non redderint talia.	XVIII
<b>D</b> e remedijs uite presentis.	XIX
<b>D</b> e uirtutibus scorum et conuersorum; eorum qui fuerint peccatis adstricti.	XX.

**EXPLICIT VHT CAPITVLA.**

**Incipit epistola sancti iacobi**



Fi.

**J**ACOBVS dei et dñi nr̄i ih̄u xpi  
seruus. duodecim tribubus que  
sunt in dispsione salutē. Omne  
gaudiū existimate fr̄s mei. cū  
in tēptationes uarias incidetis:  
scientes qđ pbatio fidei ur̄e pati  
entiā opatur. Patientia autē  
op̄ pfectum habeat: ut sitis pfe  
cti et integri in nullo deficientes.  
Si quis autē ur̄m indiget sapi  
entia. postulet a deo qui dat  
om̄ib; affluenter et n̄ imperat:  
et dabitur ei. Postulet autē in fi  
de: nichil hesitans. Qui enī he  
sitat: similis est fluctui maris q̄  
a uento mouet̄ et circūfert̄. Non  
ḡ estimet homo ille: qđ accipiat  
aliqđ a dño. Vir duplex animo:  
inconstans est in om̄ib; uisus su  
us. Gloriet̄ autē frater humilis in  
exaltatione sua. diues autē in hu  
militate sua: qm̄ sicut flos feni  
transibit. Exortus est enī sol cū  
ardore. et arefecit fenū et flos  
ei decidit: et decor uultus eius  
dep̄it. Ita et diues in itinerib;  
suis marcescet.

F. 4.

**B**eatus uir qui suffert tempta  
tionē: qm̄ cum pbatus fuerit  
accipiet coronam uitę. quā re  
p̄misit d̄s diligentib; se. Nemo  
cum temptatur. dicat qm̄ a deo  
tēptor. D̄s autē in temptator  
malorū est. Ipse enī neminē tēp  
tat. Unusq̄sq; enī temptatur a  
concupiscentia sua abstractus  
et illectus. De in concupiscentia  
cū concepit parit peccatū: pec

catum uero cum consumatū fue  
rit generat mortem.

**N**olite itaq; errare fr̄s mei dile  
ctissimi. Omne datū optimū et  
omne donū pfectū desursum est. des  
cendens a patre luminū: apđ quē  
n̄ est transmutatio. nec uicissitu  
dinis obumbratio. Voluntarie  
genuit nos uerbo ueritatis: ut  
simus initiū aliqđ creature eius.  
Scitis fr̄s mei dilectissimi. Sit au  
tē om̄is homo uelox ad audien  
dū: tardus autē ad loquendū.  
et tardus ad iram. Ira enī uiri:  
iusticiā dei n̄ opatur.

**P**ropter qđ abicientes omnē im  
mundiciā et abundantia mali  
cię. in mansuetudine suscipite  
infitū uerbū: qđ potest saluare  
animas uiās. Estote autē facto  
res uerbi et n̄ auditores tantū:  
fallentes uosmetipsos. Quia si  
quis auditor est uerbi et n̄ factor:  
hic comparabit̄ uiro consideran  
ti uultū natiuitatis suę in specu  
lo. Considerauit enī se et abiit:  
et statim oblitus est qualis fuerit.  
Qui autē p̄spexerit in lege p̄fectę  
libertatis et p̄ manserit in ea n̄  
auditor obliuiosus factus sed fa  
ctor opis: hic beatus in facto suo  
erit.

**S**i quis autē putat se religio  
sum esse. n̄ refrenans linguam  
suā sed seducens cor suū: huius  
uana est religio. Religio mun  
da et immaculata apđ dñm et  
patrē hęc est: uisitare pupillos



et uiduas in tribulatione eorum. et  
immaculati se custodire ab hoc  
seculo.

cu

**F**ratres mei. nolite in personarum  
acceptatione habere fidem domini nostri  
Iesu Christi glorie. Etiam si introierit  
in conuentum vestrum uir. aureum anu-  
lum habens in ueste candida. intro-  
ierit autem et pauper in sordido habi-  
tu. et intendatis in eum qui indutus  
est ueste preclara. et dixeritis ei.  
tu sede hic bene. pauper autem dica-  
tis tu ista illic aut sede sub scabello  
pedum meorum. nonne iudicatis apud  
uosmetipsos. et facti estis iudices  
cogitationum iniquarum? Audite  
fratres mei dilectissimi. Nonne  
deus elegit pauperes in hoc mundo.  
diuites in fide et heredes regni.  
quod repromisit deus diligentibus se?  
Vos autem ex honorastis pauperem.  
Nonne diuites pro potentia oppri-  
munt uos. et ipsi trahunt uos  
ad iudicia? nonne ipsi blasphemant  
bonum nomen quod inuocatum  
est super uos?

**S**iquidem legem perficitis regalem  
secundum scripturas. diliges proximum  
tuum sicut te ipsum. benefacis. si  
autem personas accipitis. peccatum  
operamini. redarguti a lege quasi  
transgressores. Quicumque autem to-  
tam legem seruauerit. offendat  
autem in uno. factus est omnium  
reus. Qui enim dixit non mechabe-  
ris. dixit et non occides. Quod si non  
mechaberis. occidas autem. factus  
es transgressor legis. Sic loquimini

et sic facite. sicut plagam liberta-  
tis incipientes iudicari. Iudicium  
enim sine misericordia. illi qui non fecerunt  
misericordiam. Super exaltat autem mi-  
sericordia iudicium.

**Q**uid perdit frater meus si fidem quae  
dicat se habere. opera autem non ha-  
beat? nunquam poterit saluare eum fides?  
Si autem frater aut soror nudi sint  
et indigeant uictu cotidiano. di-  
cat autem aliquis de uobis illis. ite in  
pace. calefimini et saturamini. non  
dederit autem ei que necessaria sunt  
corpori. quod perdit? Sic et fides si  
non habeat opera. mortua est in se-  
metipsa.

**S**ed dicit quis. Tu fidem habes.  
et ego opera habeo. Ostende michi  
fidem tuam sine operibus; et ego osten-  
dam tibi ex operibus fidem meam. Tu  
credis quoniam unus est deus. benefacis.  
Et demones credunt. et contra  
miserunt. Vis autem scire o homo  
inanis quoniam fides sine operibus ocio-  
sa est? abraham pater noster non  
ne ex operibus iustificatus est offe-  
rens ysaac filium suum super altare?  
Vides quoniam fides cooperabatur operibus  
illius. et ex operibus fides consum-  
mata est. et suppleta est scriptu-  
ra dicens. Credidit abraham deo.  
et reputatum est illi ad iusticiam.  
et amicus dei appellatus est. Vi-  
detis quoniam ex operibus iustificatus ho-  
mo. et non ex fide tantum? Simi-  
liter autem et raab meretrix. in ne  
ex operibus iustificata est suscipiens  
nuncios et alia uia eiciens. Sic



eñ corpus sine spū mortuū est:  
ita et fides sine opib; mortua est.

Lx

**N**olite plures magistri *iiii.*  
fieri fr̄s mei. scientes qm̄ manus  
iudiciū sumitis. In multis enim  
offendim̄ om̄s. Si q̄s in uerbo non  
offendit hic p̄fectus est uir. Po-  
test etiā freno circumducere totū  
corpus suū. Si autē equorū frenos  
in ora mittimus ad consentiendū  
nobis: et omne corpus illorū cir-  
cumferim̄. Ecce et naues cū mag-  
ne sint: et auentis ualidis minē-  
tur: circumferuntur a modico  
gubernaculo ubi impetus dirigē-  
tis uoluerit. Ita et lingua modi-  
cum quidē membrū est: et ma-  
gna exaltat.

Lxi

**E**cce quā exiguus ignis: quā  
magnā siluam incendit. Et lin-  
gua ignis est. uniuersitas iniqui-  
tatis lingua constituit̄ in mem-  
bris nr̄is: que maculat totū cor-  
pus et inflāmat rotā natiuita-  
tis nr̄e in flāmata a gehenna.  
Om̄s enī natura bestiarū et uo-  
luchrū. et serpentū. etiā cete-  
rorū domat̄. et domita est a na-  
tura humana: linguā autē nul-  
lus hominū domare potest. in-  
quietū malū. plenā ueneno mor-  
tifero. In ipsa benedicimus dñm  
patrē: et in ipsa maledicimus ho-  
mines qui ad similitudinē dei  
facti sunt. Ex ipso ore p̄cedit be-  
nedictio et maledictio. Non o-  
portet fr̄s mei hec ita fieri. Nū-  
quid fons de eodē foramine

emanat dulcem et amarā aquam:  
nunq̄d potest fr̄s mei ficus uiuas  
facere. aut uitis ficus. Sic neq;  
salsa. dulcē potest facere aquam.  
Quis sapiens et disciplinatus inter-  
uos: ostendat ex bona conuersati-  
one opam suā in mansuetudine  
sapientiē.

**Q**uod si zelum amarū habetis *Lxii.*  
et contentionēs s̄ in cordib; ur̄is:  
nolite gloriari. et mendaces eē  
aduersus ueritatē. Non est enī  
ista sapientia desursum descen-  
dens: sed terrena animalis. dia-  
bolica. Vbi enī zelus et conten-  
tio. ibi in constantia. et om̄e  
opus prauum. Que autē de-  
sursum s̄ sapientiā. p̄mū qdē  
pudica est: deinde pacifica. mo-  
desta. suadibilis. bonis consenti-  
ens. plena misericordia et fructib; bo-  
nis. non iudicans. sine simula-  
tione. Fructus autē iusticiē in  
pace seminat̄: facientib; pacē.

Lxii.

**U**nde bella et lites in uob;  
nonne hinc. ex concupiscentiis  
ur̄is que militant in membris  
ur̄is. Concupiscitis et n̄ habe-  
tis. Occiditis et zelatis: et n̄ po-  
testis adipisci. Lingatis: et bel-  
ligeratis. Non habetis: p̄pter  
qd̄ n̄ postulatis. Petitis et n̄ ac-  
cipitis: eo qd̄ male petatis ut  
concupiscentiis ur̄is insuma-  
mini. Adulteri. nescitis q̄a ami-  
cicia hui mundi inimica est  
dei.

Lxiii.

**Q**uicūq; ḡ uoluerit amicus *Lxiiii.*

Lxiiii.



esse seculi huius: inimicus dei con-  
 stituet. Aut putatis quia in manu  
 scriptura dicat. ad inuidiam con-  
 cupiscit spiritus qui habitat in uobus?  
 Maiorem autem dat gratiam. Propter  
 quod dicit. Dominus superbis resistit: humi-  
 libus autem dat gratiam. Subditus igitur  
 estote deo. Resistite autem diabo-  
 lo et fugiet a uobis: appropinqua-  
 te domino et appropinquabit uobis.  
 Emundate manus peccatores:  
 et purificate corda corda dupli-  
 ces animo. Miseri estote: et luge-  
 te. Risus uester in luctum conuer-  
 tat: et gaudium in merorem. Humi-  
 liamini in conspectu domini: et ex-  
 altabit uos. Nolite detrahere  
 alteri utrumque fratres. Qui detrahit  
 fratri aut qui iudicat fratrem suum:  
 detrahit legem et iudicat legem.  
 Si autem iudicas legem: non es fa-  
 ctor legis sed iudex. Unus est enim  
 legislator et iudex: qui potest  
 perdere et liberare. Tu autem quis  
 es qui iudicas proximum?  
**E**cce nunc qui dicatis hodie  
 aut crastino ibimus in illam ciui-  
 tatem. et faciemus quidem ibi annum.  
 et mercabimur et lucrum faciemus.  
 qui ignoratis quid sit in crasti-  
 no. que enim est uita uestra. uapor  
 est ad modicum parens. et dem-  
 ceptus exterminabitur: pro eo ut di-  
 catis si dominus uoluerit et si uixe-  
 rimus faciemus hoc aut illud.  
 Nunc autem exultatis in superbis  
 uestris. Omnis exultatio talis ma-  
 ligna est. Scientia igitur bonum

facere et non facienti: peccatum est.

illi. **A**gite nunc diuites.  
 plorate ululantes in miseris  
 uestris: que aduentum uobis. Diui-  
 tie uestrae putrefactae sunt: et uesti-  
 menta uestra a tineis comesta sunt.  
 Aurum et argentum uestrum erugna-  
 uit: et erugo eorum in testimoni-  
 um uobis erit. et manducabit  
 carnes uestras sicut ignis. Thesau-  
 rizastis uobis uiam in nouissimis  
 diebus. Ecce merces operariorum que  
 messuerunt regiones uestras: que  
 fraudata est a uobis clamat: et  
 clamor eorum in aures domini saba-  
 oth introiit. Spulati estis super  
 terram: et in luxuriis enutristis  
 corda uestra. In die occisionis addu-  
 xistis: occidistis iustum et non restitit  
 uobis. Patientes igitur estote fratres  
 usque ad aduentum domini.

**E**cce agricola expectat preci-  
 osum fructum terre: patienter  
 ferens. donec accipiat tempora  
 neum et serotinum. Patientes esto-  
 te et uos. et confirmate corda  
 uestra: quoniam aduentus domini appropin-  
 quabit. Nolite ingemiscere fratres  
 in alteri utrumque: ut non iudicemini.  
 Ecce iudex ante ianuam  
 assistit. Exemplum accipite fratres  
 laboris et patientie iob. qui  
 locutus est in nomine domini.

**E**cce beatificamus eos qui su-  
 stinuerunt. Sufferentiam iob au-  
 distis. et finem domini uidistis: quoniam  
 misericors est dominus et miserator.

**A**nte omnia autem fratres mei:



nolite iurare neq; p celum neq; p  
 terra neq; aliud q̄cūq; iuramē  
 tum. Sic autē sermo iur. est. est.  
 non. non. tam̄ sub iudicio decida  
 ti. Si iuratur aliq; iurim. oret equo.  
 animo et psallat. Infirmatur ali  
 q; ex uobis inducat presbiteros  
 ecclie et orent sup eum unguen  
 tes eum oleo in nomine dñi. et  
 oratio fidei saluabit infirmū: et  
 alleuabit eū dñs. et si in peccatis  
 sit remittent̄ ei. Confitemini al  
 terutrū peccata ur̄a: et orate p  
 inuicē ut saluemini. Mutuum  
 enī ualet deprecatio iusti assi  
 dua.

xxx

**H**edias homo erat similis nob  
 passibilis. et orationē orauit ut  
 n̄ plueret sup terrā. et n̄ pluit  
 annos tres et menses sex. Et rur  
 sum orauit: et celū dedit plu  
 uia. et terra dedit fructū suum.  
 Fr̄s mei si q̄s ex uobis errauerit  
 a ueritate et conuerterit q̄s eū:  
 scire debet qm̄ qui conuerterit fece  
 rit peccatorē ab errore uie sue.  
 saluabit animā eius a morte.  
 et operit multitudinē pecca  
 torum. *Explicit epl̄a sc̄i*

*iacobi. Incipiunt capla epl̄e  
 sc̄i petri p̄ime.*

- 1 **D**e regenerationis inuicta potencia.
- 4 **D**e p̄ph̄is. q̄ ananiam̄ tolerantia predicatorū.
- 11 **D**e pontificib; factis q̄ sacerdotes in castitate  
ut agnosceret macula p̄manere hortant̄.
- 11 **D**e semine saluanti uerbi renant̄.
- 5 **D**e sacerdotib; quos ad iustit̄ infantū ut cō  
cipiant lac sine dolo hortatur.

- D**e lapidib; iuris et hostijs sp̄ualib;.
- D**e poplo acc̄sionis quē regale sacerdotū  
nominauit. *Jordmē docuit.*
- D**e popularib; q̄s anime utilitate uiuendi
- D**e exhortacione mulierū uiris adherentiū.
- D**e uiris quos quēadmodū cū mulieribus  
atq; cū omnib; uiuere debeant exhortatur.
- D**e arca p̄ quā pauci saluati s̄ et saluant̄.
- D**e baptisate q̄ a mundi actib; libat. et  
arte claustra exire n̄ patitur.
- D**e cognoscentib; dñm quos n̄ licet alterius  
quā dei uoluntati seruire.
- D**e uerbo diuino q̄ et mortuis. i. non cre  
dentib; predicatur.
- D**e clero et poplo q̄s sibi met uicissim min  
istrare hortatur. *Suescat insinuat.*
- D**e uiscerib; passionib; xp̄i q̄s ne ulli expa  
ndat.
- D**e iudicio q̄ n̄ ab exteriorib; s; a domo dei  
incipiat. *S; ḡm̄q; diabolo.*
- D**e corona immarcescibili quā gregē dei uo  
luntarie pascentes accipient.
- D**e mansuetudine et subiectione alterna ru
- D**e deo qui optimū opus imitantel ad con  
firmationē pducit. *Explicit epl̄a.*

*Incipit epl̄a sc̄i petri apl̄i p̄ima.*



et xvs apl̄s ihu xp̄i  
 electis aduenit disp  
 sionis ponti. gala  
 thie. capadocie.  
 asie. et bithinie.  
 sc̄dm̄ prescientiā  
 dei patris. in sc̄ifi  
 cationē sp̄s. in obedientiā et as  
 p̄sionē sanguinis ihu xp̄i. Gr̄a  
 uob̄ et pax multiplicetur. Be  
 nedictus d̄s et pater dñi nr̄i  
 ihu xp̄i. qui sc̄dm̄ magnam  
 misericordiam suā regenerauit

vi  
 vii  
 viii  
 ix  
 x  
 xi  
 xii  
 xiii  
 xiiii  
 xv  
 xvi  
 xvii  
 xviii  
 xix  
 xx

xi



nos in spem uiuā p̄ resurrectionē  
ihū xp̄i ex mortuis. in hereditatē  
in corruptibile et incontaminatā.  
et immarcescibile conseruatā in  
celis. in uobis qui in uirtute dei  
custodimini p̄ fidem in salutem.  
paratā reuelari in tempore no  
uissimo. in quo exultatis. Modi  
cum nunc si oportet contristari  
in uarijs temptationib; ut p̄ba  
tio ur̄e fidei multo preciosior sit  
auro q̄d p̄ ignē p̄batur.

**H**ueniatur in laudē et gl̄iam  
et honore in reuelatione ihū  
xp̄i. quē cum n̄ uideritis diligi  
tis. in quē nunc quoq; n̄ uiden  
tes creditis. credentes autē exul  
tatis leticia inenarrabili et glori  
ficata. reportantes finē fidei ur̄e  
salutē animarū. De qua salute  
exquisierūt atq; scrutati sunt  
p̄ph̄e. qui de futura in uob; gr̄a  
p̄phauerūt. scrutantes in quod  
uel quale tempus significaret  
in eis sp̄s xp̄i. prenuuntians eas  
que in xp̄o sunt passionēs et  
posteriores gl̄ias. quib; reuelatū  
est q̄a n̄ sibi ipsis. uobis autē mi  
nistrabant ea que nunc nun  
ciata sunt uobis p̄ eos qui euan  
gelizauerūt uob; sp̄u sc̄o misso  
de celo. in quē desiderant angeli  
prospicere.

**P**ropter q̄d succincti lumbos  
mentis ur̄e. sobrijs p̄fecte syate  
in ea que offert uob; gr̄a in reue  
latione ihū xp̄i. quasi filij obe  
dientie. n̄ configurati p̄oribus

ignorantie. desiderijs. sed sc̄dm eū  
qui uocauit uos sc̄m. et ipsi sc̄m  
omni conuersatione facti. qm̄ sc̄ptū  
est. Sc̄i eritis. qm̄ ego sc̄s sum. Et  
si patre inuocatis eū qui sine ac  
ceptione p̄sonarū iudicat sc̄dm  
uniuscuiusq; opus. in timore inco  
lati ur̄i tempore conuersationi.  
scientes q̄d n̄ corruptibilib; auro  
uel argento redēpti estis de uana  
ur̄a conuersatione paterne tra  
ditionis. sed precioso sanguine q̄i  
agni incontaminati et immacu  
lati xp̄i. p̄cogniti q̄dem ante cō  
stitutionem mundi.

**M**anifestati autē nouissimis tem  
poribus p̄pter uos qui p̄ ip̄sū fideles  
estis in deo. qui suscitauit eū a mor  
tuis. et dedit ei gl̄iam ut fides ue  
stra et spes eēt in deo. animas ue  
stras castificantes in obedientia  
caritatis. in fraternitatis amore  
simplici. Ex corde inuicē diligite  
attenti renati n̄ ex semine corrup  
tibili sed incorruptibili p̄ uerbū  
dei uiui et p̄manētis. quia om  
nis caro fenū. et om̄is gl̄ia eius  
quasi flos fenū. Exaruit fenū et  
flos ei decidit. uerbū autē dñi  
manet in eternum.

**H**oc est autē uerbū q̄d euange  
lizatū ē in uob;. Deponentes igit̄  
omnē maliciā. et omnē dolam.  
et simulationes. et inuidias. et  
om̄s detractiones. sicut modo ge  
niti infantes. rationabile sine do  
lo lac concupiscite ut in eo cres  
catis in salutē. si tamen gustastis



Q.ii

qm̄ dulcis est dñs. Ad quē acceden-  
tes lapidē unuū. ab hominibus  
quidem reprobātū. a deo autē ele-  
ctū et honorificatū.

I.vi

**E**t ipsi tanquā lapides unū sup-  
edificamini in domos spiritaes  
sacerdotū sc̄m. offerre spūales  
hostias acceptabiles deo p̄ ihm  
xp̄m. Propter q̄s continet sc̄ptā.  
Ecce pono in syon lapidē sūmū.  
angularē. electū. preciosum. et  
qui crediderit in eum n̄ confun-  
detur. Vobis igitur honor creden-  
tibus. n̄ credentib; autē lapis  
quē reprobauerunt edificantem  
hic factus est in caput anguli.  
et lapis offensionis et petra scan-  
dali his qui offendunt uerbo.

I.vii

**N**ec credunt in q̄ et positi sunt.  
Nos autē genus electū. regale  
sacerdotū. gens sc̄a. popls ad q̄-  
sitionis. ut uirtutes annuncie-  
tis ei qui de tenebris uos uocauit  
in ammirabile lumen suū. Qui  
aliq̄ndo n̄ popls. nunc autem  
popls dei. Qui n̄ consecutus mise-  
ricordiā. nunc autē misericordiā  
consecutus.

I.viii

**C**arissimi. obsecro tanquam  
aduenas et p̄grinos abstinere  
uos a carnalibus desiderijs que  
militant aduersus animā. con-  
uersationē ur̄am inter gentes  
habentes bonam. ut in eo q̄s de-  
trectant de uob tanquā de ma-  
lefactorib;. ex bonis opib; uos cō-  
siderantes glorificent dñm in die  
iustificationis. Subiecti estote om̄i

humane creature p̄pter dñm. siue  
regi q̄si precellenti. siue ducibus  
tanquā ab eo missis ad uindictā  
malefactorū. Laudē uero bonorū.  
q̄a sic est uoluntas dei ut benefa-  
cientes obmutescere faciatis im-  
prudentiū hominū ignorantia.  
quasi liberi et n̄ quasi uelamen  
habentes malitię libertatē. sed si-  
cut serui dei. Om̄s honorate. fra-  
ternitatē diligite. Dñm timeate.  
regē honorificate. Serui subditi  
estote in om̄i timore dñi. n̄ tan-  
tū bonis et modestis. sed etiā disco-  
lis. Hęc est em̄ gr̄a. si p̄pter conscien-  
tiam dei sustinet quis tristitia pa-  
tiens iniuste. Que em̄ gr̄a est si pec-  
cantes et colaphizati sufferatis. Sed  
si benefacientes patienter sustine-  
tis. hęc est gr̄a apud dñm. In hoc  
em̄ uocati estis. q̄a et xp̄c passus  
est pro uobis. uobis relinquent  
exemplū ut sequamini uestigia  
eius. Qui peccatū non fecit. nec  
inuentus est dolus in ore ei. Qui  
cū malediceretur. n̄ maledice-  
bat. Cum pateret. n̄ cōminna-  
batur. Gradebat autē iudican-  
ti se iniuste. qui peccata nr̄a ip-  
se p̄tulit in corpore suo sup lignū.  
ut peccatis mortui iusticie uiua-  
mus. Qui in uore sanati estis. Era-  
tis em̄ sicut oues errantes. sed cō-  
uer si estis nunc ad pastore et ep̄m  
ammarū ur̄arum.

**S**imiliter et mulieres subdite  
sunt uiris suis. ut et si qui non  
credunt uerbo. p̄ mulierū con-

I.ix



uersione sine uerbo lucrifiant.  
 considerantes in timore sc̄am. cō-  
 uersione uerā. Quarū sit non  
 extrinsecus capillatura aut circū-  
 datio auri. aut indumenti uesti-  
 mentorū cultus: sed qui abscon-  
 ditus cordis est homo incorrup-  
 tibilitate quieti et modesti sp̄s.  
 q̄s est in conspectu dei locuplex.  
 Sic enī aliquando et sc̄e mulie-  
 res sp̄antes in deo ornabant se  
 subiecte pp̄rijs uiris: sicut sara  
 obediebat abrahe. dñm eum  
 uocans. cui estis filie benefaci-  
 entes. et n̄ timentes ullā p̄turb-  
 ationem.

**Q**ui similiter cohabitantes sc̄m  
 scientiā quasi infirmiori uascu-  
 lo muliebri impientes honore  
 tanquā et coheredib; gr̄e uite  
 ut n̄ impediānt orationes uir̄e  
 infide autē omnes unanimes.  
 compatiētes. fraternitatis ama-  
 tores. misericordes. humiles. n̄ reddē-  
 tes malū pro malo. nec maledi-  
 ctū p̄ maledicto. sed contrario  
 benedictentes: quia in hoc uoca-  
 ti estis ut benedictionē heredita-  
 te possideatis. Qui enī uult uitā  
 diligere et uidere dies bonos: co-  
 herceat linguā suā a malo. et la-  
 bia sua ne loquant̄ dolum. De-  
 clinet autē a malo et faciat bo-  
 nū. inquirat pacē et sequatur  
 eā: q̄a oculi dñi sup̄ iustos et au-  
 res eius in preces eorū. uult au-  
 tē dñi sup̄ facientes mala. Et  
 quis est qui uobis noceat. si bo-

in emulatores fueritis: Sed et si  
 q̄d patimini p̄pter iusticiā: beati.  
 Timorē autē eorū ne timueritis:  
 ut conturbemini. Dñm autē xp̄m  
 sc̄ificate in cordib; uir̄is: parati sēp  
 ad satisfactionē om̄i poscenti uol-  
 rationē de ea que est in uob̄ spe:  
 sed cum modestia et timore consci-  
 entia habentes bonā. ut in eo q̄d  
 detrahunt de uob̄ confundant̄  
 qui calumniant̄ uerā bonam  
 in xp̄o conuersione.

**M**elius enī beneficientes si uelit  
 uoluntas dei pati quā malefaci-  
 entes: quia et xp̄c semel p̄ pecca-  
 tis mortuus est. iustus p̄ iniustus.  
 ut nos offerret deo mortificatos  
 carne. uiuificatos autē sp̄u. In q̄  
 et his qui in carcere erant sp̄u ue-  
 niens predicauit: qui increduli  
 erant aliq̄ndo q̄ndo expectabat  
 dei patientia in dieb; noe cū fa-  
 bricaret arca. in qua pauci id ē  
 octo anime salue facte sunt p̄  
 aquam.

**Q**uod et uos nunc similis forme  
 saluos baptisma facit: non car-  
 nis depositio sordium. sed consci-  
 entie bone interrogatio in dñm.  
 p̄ resurrectionē ih̄u xp̄i qui est  
 in dextera dei. deglutiens mor-  
 tē ut uite eterne heredes effice-  
 rem̄. p̄fectus in celū. subiectis si-  
 bi anglis et potestatib; et uirtu-  
 tibus.

**X**p̄o igitur passo in carne. et  
 uos eadem cogitatione armami-  
 ni: q̄a qui passus ē carne desijt



apeccatis. ut iam n̄ hominū desi-  
deris. sed uoluntati dei qđ reli-  
quum est in carne uiuat tempo-  
ris. Sufficit enī preteritū tēpus  
ad uoluntatē gentiū consumi-  
dam: qui ambulauerūt in luxu-  
rijs et desiderijs. uimolentijs. com-  
messationib; potationib; et illiciti-  
tis. idolorū cultib;. in quo admirā-  
tur n̄ concurrentib; uob in eandē  
luxurie confusionē blasphemā-  
tes. qui reddent rationē ei qui pa-  
ratus est iudicare uiuos et mortu-  
os.

**P**ropter hoc enī et mor-  
tuis euangelizatū est. ut iudi-  
cent. quidem scđm homines in  
carne: uiuant autē scđm dñm  
in spū. Omnium autē finis ap-  
propinquabit.

**E**stote itaq; prudentes et ui-  
gilate in orationib;: ante omnia  
autē mutuā in uobismetipsis ca-  
ritatē continuā habentes. qđ ca-  
ritas opit multitudinē peccato-  
rū. hospitales inuicē sine mur-  
muratione. unusq; sicut acce-  
pit grām in alter utriū illā ad-  
ministrantes. sicut boni dispen-  
satores multiformis grē dei. Si qđ  
loquitur: quasi sermones dei. Si  
qđ ministrat: tanquā ex uirtute  
quā administrat dñs: ut in om-  
nib; honorificet dñs p̄ ih̄m xp̄m.  
cui est gl̄ia et imperium in sc̄la  
seculorum.

**C**arissimi nolite peregrinari  
in feruore qui ad temptationem  
uobis fit. qđsi noui aliqđ uobis cō-

tingat: sed communicantes xp̄i  
passionib; gaudete. ut et in reue-  
lacione gl̄e ei gaudeatis exultā-  
tes. Si expramini in nomine xp̄i.  
beati eritis: qm̄ qđ ē honoris gl̄ie  
et uirtutis dei. et qui ē ei sp̄s sup  
nos requiescit.

**N**emo autē ur̄m patiat̄ quasi  
homicida. aut fur. aut maledic-  
: aut alienorū appetitor. Si autē  
ut xp̄ianus n̄ erubescat. glorifi-  
cet autē dñm in isto nomine: qm̄  
temp̄ est ut incipiat iudiciū de  
domo dei. Si autē p̄mū a nob.  
qđ finis eorū qui n̄ credunt dei  
euangelio: Et si iustus uix salua-  
bitur. impius et peccator ubi pa-  
rebunt: Itaq; et hi qui patiunt̄  
scđm uoluntatē dei: fidei creato-  
ri commendant animas suas in  
benefactis.

**S**eniores q̄ qui in uobis s̄ ob-  
secro consenior et testis xp̄i pas-  
sionū: qui et ei que in futuro  
reuelanda ē gl̄e communicator:  
pascite qui est in uob gregē dei.  
pudentes n̄ coacto sed spontaneē  
scđm dñm. neq; turpis lucri grā  
s; uoluntarie. neq; ut dñantes  
in cleris. sed forme facti gregi ex  
animo. et cū apparuerit p̄nceps  
pastorū. p̄cipiens immarcescibile  
gl̄e coronam.

**S**imiliter adolescentes subditi  
estote seniorib;. Omnes autē in  
uicē humilitatē insinuare: qđ  
dñs sup̄bis resistit. humilib; au-  
tē dat grām. Humiliamini igit̄



sub potenti manu dei. ut uos exal-  
 tet in tempore tribulationis: om-  
 nē sollicitudinē urām picientel  
 in eū. qm̄ ipsi cura est de uob. So-  
 brij estote et uigilate: q̄a aduer-  
 sari ūr diabolus. tanquā leo ru-  
 gient circuit querens quē deuor-  
 ret. Cui resistite fortes in fide: sci-  
 entel eandē passionē ei que in mū-  
 do est urē fraternitati fieri.

**xxx.** **D**eus autē om̄is grē qui uocauit  
 nos in et̄nū suā gl̄iam in xp̄o ihu  
 modicū passos: ipse pficiet confir-  
 mabit solidabitq;: Ipsi gl̄ia et impi-  
 um: in sc̄la sc̄loy amen. Per filia-  
 nū fidelē fr̄em uob ut arbitror bre-  
 uiter sc̄psi. obsecrans et contestans  
 banc eē uerā grām dei: in qua sta-  
 te. Salutat uos ecclia que ē in  
 babilone electa: et marcus fili-  
 m̄s. Salutate inuicē in osculo  
 sc̄o. Grā uob om̄ib; qui estis in  
 xp̄o. **Explicit eplā s̄ci pet̄ p̄ma.**

**Incipiunt breues eplē. iij.**

- i** De sc̄is quos in hoc mundo ut interfectos alloq̄t.
- ii** De exhortatione que de peiorib; ad meliora cōpellit.
- iii** De cōmonitione qua ueritatē sc̄p̄ conuictū celebr̄t.
- iiii** De iustoy memorijs refouendis. J̄ ḡst̄ris m̄dacijs.
- v** De pseudo p̄phis uerb̄. et noui testam̄ti fūct̄ ma-
- vi** De similitudine diluuij q̄s impioy designat in-  
 tertū. J̄ d̄mē arbitrantur.
- vii** De uicitijs eorū qui omnē malignitatē dulce-
- viii** De eo qui sup̄atus ser uul addicē ē. cui semen  
 canel generat semp et porcos.
- ix** De nouissimis tēporib; q̄s detisores abundant.
- x** De deo qui diē unū mille anni sequant. et  
 mille annos adm̄st̄at unū diē simulant.
- xi** De epl̄is apl̄i pauli quas et intellectu habe

difficile. et ab inuocul eueru p̄mittit. **Expt̄ capla.**

**Incipit eplā s̄ci pet̄i secunda.**

**S**ymon petrus ser-  
 uus et ap̄ts ihu  
 xp̄i: his qui coeq̄-  
 lem nobiscū sortiti  
 s̄t fidē in iusticia  
 dei nr̄i et saluato-  
 ris ihu xp̄i. Grā uobis et pax adim-  
 pleat̄ incognitione d̄ni nr̄i ihu  
 xp̄i: quomodo nobis om̄ia diui-  
 na uirtutis sue que ad uitā et  
 pietatē donata est p̄ cognitionē  
 ei qui uocauit nos p̄pria gl̄ia et  
 uirtute. p̄ quā maxima et precio-  
 sa nob̄ p̄missa donauit: ut per  
 hec efficiam̄ diuine consortes  
 nature. fugientes ei que in mun-  
 do est concupiscenciē corruptio-  
 nem. **U**os autē curā omnem  
 sub inferentes. ministrare in fide  
 urā uirtutē: in uirtute autē sci-  
 entia. in scientia abstinentiam.  
 in abstinentia autē patientiam.  
 in patientia autē pietatē. in pie-  
 tate autē amorē fraternitatis. in  
 amore fraternitatis caritatem.  
 hec enī si uobiscū adsint et sup̄-  
 ent: n̄ uacuos nec sine fructu  
 uos constituent in d̄ni nr̄i ihu  
 xp̄i cognitione. Qui enī non pre-  
 sto sunt hec: cetus est et manu  
 tēptans. obliuionē accipiens. ob-  
 liuionē accipiens purgationis ue-  
 terū suorū delictorum.

**Q**uap̄ter fr̄s magis satagite:  
 ut p̄ bona opa certam urām uo-  
 cationē et electionē faciatis. hec

**Fi.**

**Fi.**

**Fi.**



enī facientes: n̄ peccabitis aliq̄ndo.  
 Sic enī abundanter ministrabit̄  
 uobis introitus in eternū regnū  
 dei nr̄i et saluatoris ihu xp̄i. Prop-  
 ter q̄d incipiā uos semp̄ commone-  
 re de his: et quidē scientes et con-  
 firmatos uos in presenti ueritate.  
 Iustū autē arbitror quā diu sum  
 in hoc tabernaculo. suscitare uos  
 ī cōmōtionē: certus q̄d uelox ē  
 depositio tabernaculi mei. sc̄dm̄  
 q̄d et dñs nr̄s ih̄s xp̄c significauit  
 michi. **D**abo autē opam  
 et frequenter habere uos post obi-  
 tū meū: ut horū memoriā facia-  
 tis. Non enī indoctas fabulas se-  
 cuti notā fecimus uob̄ dñi nr̄i ihu  
 xp̄i uirtutē et prescientiā: sed  
 speculatores facti illius magnitu-  
 dinis. Accipiens enī a deo patre  
 honorem et gl̄iam uoce delapsa  
 ad eū huiusmodi a magnifica glo-  
 ria. hic est filī m̄s dilectus. in quo  
 michi complacuit: ipsum audite.  
 Et hanc uocem nos audiuimus  
 de celo allatā cum essemus cum  
 ipso in monte sc̄o: et habem̄ fir-  
 miorē p̄phicū sermonē cui be-  
 nefactis attendentes q̄si lucer-  
 ne lucenti in caliginoso loco do-  
 nec dies illucescat donec dies il-  
 luscet et lucifer oriātur in cor-  
 dibus ur̄is.

**H**oc p̄mū intelligentes q̄d om-  
 nis p̄ph̄ia. scripturę p̄pria inter-  
 pretatione n̄ fit. Non enī uolun-  
 tate humana allata est aliq̄n-  
 do p̄ph̄ia: sed sp̄u sc̄o inspirati

locuti s̄t sc̄i dei homines. Fuerunt  
 uero et pseudo p̄ph̄e in poplo. si-  
 cut et in uobis erunt magistri  
 mendaces qui introducent sectas  
 p̄ditionis. et eum qui emit eos do-  
 minū negantes. sup̄ducent sibi ce-  
 lerē p̄ditionē: et multi sequent̄  
 eorū luxurias p̄ quos uia ueritatis  
 blasphemabitur. et in auaricia  
 ficus uerbis de uobis negociabun-  
 tur. quib; iudiciū iam olim non  
 cessat. et p̄ditio eorū n̄ dormitat.  
**S**i enī deus anglis peccantib;  
 n̄ peccat. sed rudentib; inferni de-  
 tractos. in tartarū tradidit in iu-  
 diciū cruciandos reseruari. et ori-  
 ginali mundo n̄ peccat. sed octa-  
 uum noe iusticię preconē custodi-  
 uit. diluuium mundo impiorum  
 inducens. et ciuitates sodomorū et  
 gomorreorū in cinerē redigens.  
 euerfione dampnauit. exemplū  
 eorū qui impie accuri s̄t ponens.  
 et iustū loth oppressū a nefando  
 rū in iusta ac luxuriosa conuer-  
 satione eripuit aspectu enī et au-  
 ditu iustus erat habitans apud  
 eos qui de die in diem animā iu-  
 stā inq̄s opib; cruciabant: nouit  
 d̄s pios de temptatione eripe. mi-  
 quos uero in diē iudicij crucian-  
 dos reseruare. magis autē eos q̄  
 post carnē in concupiscencia  
 immundicię ambulant. dñatio-  
 nesq; contēpnunt. Audaces. sibi  
 placentes. sectas n̄ metunt face-  
 re blasphemantes.

**S**ibi angli fortitudine et uirtute



cum sint maiores. n̄ portant aduersus se execrabile iudiciū. Hi uero uelut irrationabilia pecora naturaliter in p̄niciē et in captione in his que ignorant blasphemantes in corruptione sua p̄sunt: p̄cipientes mercedē in iusticie. Voluptatē enī existimantes diei delicias: conquinacionis et macule delicias affluentes. in conuiujs suis luxuriantes uobiscū. octos habentes plenos adulterij et incessabilis delicti. pellicentes animas instabiles. cor exercitatu auaricia habentes. maledictionis filij. derelinquentes rectā uia errauerunt: secuti uia balaam ex bosoz. qui mercedē iniquitatis amauit. correptionē uero habuit sue uesanie. Subiugale mutū animal hominis uoce loquens: p̄hibuit p̄phē in sapientiam. **H**i sunt fontes sine aqua et nebule turbine; exagitate: quib; caligo tenebrarū reseruat. Supbiam enī uanitatis loquentes pellicent in desiderijs carnis luxurie. eos qui paululū effugiunt: qui in errore conuersantur libertatē eis p̄mittentes. cū ipsi serui sint corruptionis. **A**quo enī quis supatus est: huius et seruus est. Si enim refugientes conquinaciones mundi in cognitione dñi n̄ri et saluatoris ihu xpi: his rursus implicati supantur: facta sunt eis posteriora deteriora p̄ozib;. Melius enī erat eis n̄ cognoscere ur̄a iu-

sticie: quā post agnitionē retrosum conuerti ab eo qd̄ illis traditū ē sc̄o mandato. Contigit enī eis illud ueri p̄uerbij. Camis reuersus ad suū uomitū: et sus lota in uolutabro luti.

**H**anc ecce uobis carissimi sc̄dam scribo eplam: in quib; excito ur̄am in commonitione sincerā mentē. ut memores sitis eorū que p̄dixi uerborū p̄pharū et ap̄torum. et p̄ceptorum dñi et saluatoris. hoc p̄mum scientes qd̄ uenient in nouissimis dieb; in deceptione illusozes iuxta p̄pas concupiscencias ambulantes. dicentes. Vbi ē p̄missio aut aduentus ei? Ex quo enī patres dormierūt: omnia sic p̄seuerant ab initio creature. Latet enī eos hoc uolentes qd̄ celi erant p̄us. et terra de aqua. et p̄ aquā consistens dei uerbo. p̄ que ille tunc mundus aqua mundatus p̄it: celi autē qui nunc sūt et terra dei uerbo repositi sūt igni reseruati in diē iudicij et p̄ditionis impiorū hominū.

**A**num uero hoc n̄ lateat uos carissimi: q̄a unus dies ap̄s dñm sicut mille anni. et mille anni sicut dies unus. Non tardat dñs p̄missis: sed patienter agit p̄pter uos. nolens aliquos p̄ire. sed omnes ad penitentiā reuerti. **A**d ueniet autē dies dñi ut fur: in qua celi magno impetu transient. elementa uero calore soluentur. terra autē et que in ea

viii.

ix.

ix.



sunt exurent. Cum hec igitur omnia  
dissoluenda sint. quales oportet  
uos esse in scis conuersationibus; et  
pietatibus; expectantes. et sperantes  
in aduentu diei. per quam celi arden-  
tes soluentur. et elementa ignis ar-  
dore tabescent.

xi.

**N**ouos uero celos et nouam terram  
et promissa ipsius expectamus: in  
quibus iusticia habitat. Propter  
quod carissimi hec expectantes sata-  
gite immaculati et inuolati ei  
inueniri in pace. et domini nostri lon-  
ganimitate salutem arbitramini:  
sicut et carissimus frater uoster pau-  
lus secundum datam sibi sapientiam scripsit  
uobis. sicut et in omnibus epistolis loquens  
in eis de his in quibus sunt quedam  
difficilia intellectu. que indocti  
et instabiles depugnant sicut et cere-  
ras scripturas ad suam ipsorum perditionem.  
Vos igitur fratres prescienter custodite  
ne in sapientium errore transduci  
excidatis a propria firmitate. Crescite  
ergo in gratia et cognitione domini nostri ihesu  
christi et saluatoris. Ipsi gloria et nunc  
et in die eternitatis amen. **Explicit**  
**epistola beati petri secunda. Incipi-**

**unt capitula epistolae sancti iohannis prime.**

**I** De uerbo uite quod erat ante quam mundi  
machina principium sortiretur. **Supari.**

**ii** De participibus christi quos uicij septos nefas est

**iii** De custodijs celestium preceptorum. que nosse  
quequam dominum manifeste designant.

**iiii** De nouo ueterique mandato quod unum sit dei cuius  
nunquam potest diuidi regnum. **scribens alloquitur.**

**v** De his que sapientie uarijs articulis uirtutibus

**vi** De diligentibus mundum quod excludantur a carita-

te paterna. **De** multitudine antichristorum.

**De** animarum deceptoribus; declinandis.

**De** ignorantibus dominum. scilicet; irrisoribus.

**De** eam semine fricide.

**De** uirrisoribus; secundum homicidas.

**De** dilectione pacis facto et ope declaranda.

**De** precomibus; falsis quos agitat spiritus nequam.

**De** dilectione uera quod ipse sit deus. **festat.**

**De** christo deo qui patrem in se esse credentibus; mani-

**De** dilectione perfecta que foras expellit formidinem.

**De** regeneratis quod ipsi secundum uincant.

**De** testimonio dei quod hominum testimonijs prestat.

**De** indulgentia quam non merebuntur usque ad mortem  
peccantes. **scilicet; uicij fugienda cultura.**

**De** mundo qui est positus in maligno. et similia  
**Explicit capitula. Incipit epistola sancti**

**iohannis prima.**



**quod** fuit ab initio. quod  
audiuimus. quod uidi-  
mus oculis nostris. quod  
perspeximus et man-  
u nostre conrectauerit  
de uerbo uite et ui-  
ta manifestata est. et uidimus et te-  
stamur: et annuntiamus uobis ui-  
tam eternam que erat apud patrem  
et apparuit nobis. Quod uidimus  
et audiuimus annuntiamus et uobis.  
ut uos societatem habeatis nobiscum.  
et societas nostra sit cum patre et filio  
eius ihesu christo. Et hec scribimus uobis  
ut gaudeatis: et gaudium nostrum sit  
plenum. Et hec est annuntiatio quam  
audiuimus ab eo et annuntiamus  
uobis: quam deus lux est. et tenebre in  
eo non sunt ullae.

**S**i dixerimus quam societatem habe-  
mus cum eo. et in tenebrisambu-

vii

viii

ix

x

xi

xii

xiii

xiiii

xv

xvi

xvii

xviii

xix

xx

xxi

xxii

xxiii

xxiiii

xxv

xxvi

xxvii

xxviii

xxix

xxx

xxxi

xxxii

xxxiii

xxxiiii

xxxv

xxxvi

xxxvii

xxxviii

xxxix

xl

xli

xlii

xliiii

xliiiii

xlv

xlv

xlv

xlv

xlv

xlv

xlv

xlv



lamus: mentimur et non facimus ueritatem.  
 Si autem in luce ambulamus sicut  
 et ipse est in luce: societatem habemus  
 ad inuicem. et sanguis ihesu filij eius  
 emundat nos ab omni peccato. Si di-  
 xerimus quoniam peccatum non habemus:  
 ipsi nos seducimus. et ueritas in nobis  
 non est. Si confiteamur peccata nostra:  
 fidelis et iustus est. ut remittat no-  
 bis peccata nostra. et emundet nos ab  
 omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non  
 peccauimus: mendacem facimus eum.  
 et uerbum eius non est in nobis.

**F**ilioli mei hec scribo uobis: ut  
 non peccetis. sed et si quis peccaue-  
 rit: aduocatum habemus apud patrem  
 ihesum christum iustum. et ipse est propitia-  
 tio pro peccatis nostris. non pro nostris au-  
 tem tantum: sed etiam pro totius mundi.  
 Et in hoc scimus quoniam cognouimus  
 eum: si mandata eius obseruamus.  
 Qui dicit se nosse eum et mandata  
 eius non custodit: mendax est et  
 in eo ueritas non est. Qui autem  
 seruat uerbum eius: uere in hoc ca-  
 ritas dei perfecta est. In hoc scimus:  
 quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in  
 ipso manere: debet sicut ille am-  
 bulauit et ipse ambulare.

**C**arissimum. non mandatum nouum  
 scribo uobis: sed mandatum uetus  
 quod habuistis ab initio. Mandatum  
 uetus est uerbum quod audistis.  
 Iterum mandatum nouum scribo  
 uobis. quod est uerum. et in ipso et  
 in uobis: quia tenebre transierunt.  
 et uerum lumen iam lucet. Qui  
 dicit se in luce esse et fratrem suum odit:  
 in tenebris est. usque adhuc. Qui diligit fratrem

suum. lumine permanet. scandalum in eo non est. Qui  
 autem odit fratrem suum in tenebris est. et in  
 tenebris ambulat et nescit quo  
 eat: quoniam tenebre obcecauerunt oculos  
 eius.

**S**cribo uobis filioli: quoniam  
 remittunt uobis peccata propter no-  
 men eius. Scribo uobis patres: quoniam co-  
 gnouistis eum. qui ab initio est.  
 Scribo uobis adolescentes: quoniam ui-  
 cistis malignum. Scribo uobis infan-  
 tes: quoniam cognouistis patrem. Scribo  
 uobis patres: quoniam cognouistis eum  
 qui ab initio est. Scribo uobis iu-  
 uenes: quoniam fortes estis et uerbum dei  
 in uobis manet. et uicistis malignum.

**N**olite diligere mundum neque  
 ea que in mundo sunt. Si quis  
 diligit mundum. non est caritas  
 patris in eo: quoniam omne quod est in mu-  
 do concupiscentia carnis est et  
 concupiscentia oculorum. et superbia  
 uite que non est ex patre sed ex mu-  
 do est. Et mundus transibit et  
 concupiscentia eius: qui autem fa-  
 cit uoluntatem dei manet in eter-  
 num.

**F**ilioli. nouissima ho-  
 ra est: et sicut audistis quod ante christum  
 uenit: nunc ante christum multi facti  
 sunt. Unde scimus: quia nouissi-  
 ma hora est. Ex nobis perierunt:  
 sed non erant ex nobis. nam si fuissent  
 ex nobis. permansissent utique no-  
 biscum: sed ut manifesti sint quoniam  
 non sunt omnes ex nobis. sed uos  
 unctionem habetis a sancto: et nostis  
 omnia. Non scripsi uobis quasi igno-  
 rantibus; ueritatem. sed quasi scien-  
 tibus; eam: et quoniam omne mendacium